„Nr. 12"

Hanc ergo privilegii chartulam tam de supradictis rebus quam etiam de his quae ipsi canonici intra vel extra urbem videntur habere non solum manu parvitatis[e] nostrae scripto, verum etiam insignium virorum episcoporum videlicet et abbatum ceterarumque spectabilium personarum manuum confirmatione roborari decrevimus.

„Nr. 15"

Actum in territorio Lingonensi in abbatia sanctorum geminorum Speusippi, Eleusippi et Meleusippi, XIII. Kal. Maii, XVIII. Caroli gloriosissimi regis, indictione VII.

„Nr. 13"

duas privilegii cartulas uno tenore conscriptas decrevimus fieri, et unam earum in eodem cęnobio, alteram vero in archivis memoratę ęcclesię censuimus reservari, providendum etiam et studendum est nobis propter quorumdam hominum laicorum avaritiam seu cupiditatem, ut qui forte contra hoc nostri privilegii decretum de laicis vel alio quolibet ordine *(...)*

Hanc autem privilegii paginam et subter adnotatam dampnationis plagam non solum voto verum et manuum stipulatione signavimus et insignium virorum episcoporum videlicet abbatum, ceterarumque spectabilium personarum manuum confirmatione roborari rogavimus.

e) *so Gallia Christiana,* pravitatis *Charmasse.*